UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Fausto monacho et confessore. Cap[itulum]. cxxviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

dentes eorū lateribus apponi. Et poſt hec ſtu-
pā reſina et oleo adhibitis ignē copioſum ſub-
ter eos accendi. Orantibus aūt ſanctis: ignis
ad ſtatuas deorum que capiti imperatoris ſu-
pereminebāt: proſilijt: ꝛ eas incēdit. Impera-
tor vero fugiens ſanctos dei pedibus ad poſte
riora taurorum ferociū ligari fecit ꝛ in ſilua di-
mitti: vt tracti poſt eos diſcerperent. Tauri vero
in ſilua vti agni ad preſepe ſteterūt. Angeli vero
martyres exoluerūt: ꝛ eos tauris cū omni ma-
ſuetudine inſequentibus ad ciuitatem reduxe-
runt. Venientesq̄ ad palatium coram imperato
re ſteterūt illeſi: tauri vero omnes ſibi obuios cor
nibus vulnerabant: ꝛ ad ſanctorum pedes hu-
militer procumbebant. Cūq̄ hec adrianus ar-
ti magice deputaret voluit eos abinuicē ſepa-
rare. Et calocerū quidem antiocho preſidi tra-
didit puniendum: fauſtinū vero ꝛ iouitam carce
ratos ſuo iudicio reſeruauit. Antiochus autē
cū alpes cotias eſſet trāſiturus calocerū ante
ſe premiſit cuſtodie traditū. Cuſtodes vero calo
cerum ad ciuitatem aſteñ. adductū carceri tra-
diderunt expectantes aduentū antiochi. In-
terea imperator cū ſibi ātiochus neceſſarius eēt:
miſit prefectum ſapritiū ad ciuitatē aſteñ. com
mittens eidem vt callocerū diris tormētis cru
ciaret: antiochum vero ſecum detinuit. Caloce-
rus vero in ciuitate aſteñ. carceri mancipatus. Se-
cundū militem conuertit: ꝛ eum ad fauſtinū et
iouitam baptizandū mediolañ. trāſmiſit: vt di-
cet in paſſione ſecūdi. iij. kalen. aplis. ¶ Dum
aūt mediolanū veniſſet angelus dñi fauſtinum
ꝛ iouitam de carcere ad ſecundū extra ciuitatē
eduxit: a quibus baptiſma nube quadā quam
prebente ſuſcepit. Et ecce columba de celo ve-
nit ꝛ ſacram hoſtiā deferēs martyribus tribuit.
Fauſtinus vero ſecundū cōmunicauit: ꝛ reſiduū
eucharīſtie ei dedit: vt ad martianū deferret q̄
apud tridonā vinctus detinebatur: vt in eius
paſſione dicet. ij. noñ. martij. Quo abeunte an-
gelus domini martyres ad carcerem reduxit.
Poſt hec adrianus brixiam redijt: et martyres
chriſti ſecū reduxit: quos ſacrificare nolentes
capitali ſentētia damnauit. Quorū corpa brixie
a chriſtianis ſepulta ſunt. xv. kalen. martij. Ca
locerus vero poſt hec ſub ſapritio proconſule in
ciuitate aſteñ. martyrium conſumauit: vt ſuo lo
co dicetur. xiiij. kalen. aprilis.

¶ De ſancto Fauſto monacho et confeſſore. Cap. cxxviij.

FAuſtus monachus beati bñdicti diſcipulus fuit. Qui
eiuſdem beati patris vitā cōſcri-
pſit. A quo cū ſancto mauro abba
te ad gallias miſſus eidē mauro
exinde ſemp adheſit: ꝛ ipſius vite ac ſanctita-
tis imitator effectus hortātibus eū fratribus ſuis
ſuos actus ꝛ geſta memorie tradidit: ꝛ in ande
gaueñ. monaſterio laudabilē vitā duxit: ꝛ poſt
magiſtri trāſitū ad caſſineñ. monaſteriū redijt:
vbi ꝛ in pace in xp̄o quieuit. xv. kalen. martij.

¶ De ieiunijs q̄ttuor tēporū. Cap. cxxix.

IEiunia q̄ttuor tem
porū a calixto papa inſtituta ſūt.
Circa que tria vidēda occurrūt:
ſcz quare ieiunamus quattuor an
ni tēporibus: quare illis mēſibus
ſcz martio: iunio: ſeptēbri: ꝛ decēbri: ꝛ nō alijs:
ꝛ quare tribus in ſeptimana diebus: ſcilꝫ feria
quarta: ſexta: ꝛ ſabbato. ¶ Primo igit̄ vidēdū
eſt quare q̄ttuor āni tēporibus ieiunamus: ſcz in ve
re: eſtate: autūno: ꝛ hyeme. Cuius q̄ttuor aſſi-
gnant̄ rōnes. ¶ Prima rō ſumit̄ ex parte ipſorū
quattuor tēporū anni. Quoniam ver eſt callidū ꝛ hu-
midū. Eſtas callida ꝛ ſicca. Autūnus frigidus
ꝛ ſiccus. Hyēs frigida ꝛ humida. Ieiunamus
igit̄ in vere: vt noxiū humorē luxurie tempere-
mus. In eſtate: vt noxiū calorē auaricie extin-
guamus. In autūno: vt caſtigemus ariditatē ſu
perbie. In hyeme: vt refrenemus frigiditatē
accidie. ¶ Secūda rō ſumit̄ ex parte quattuor
complexionū: quoniam in vere augmentat̄ ſanguis:
in eſtate cholera: in autūno melācholia: ꝛ ī hye
me phlegma. Ieiunamus igit̄ in vere: vt in no-
bis debilitet̄ ſanguis cōcupiſcētie ꝛ inepte le-
ticie. Sanguineus enim eſt libidinoſus ꝛ letus.
In eſtate: vt debilitet̄ cholera iracūdie ꝛ falla
cie. Cholericus enim eſt iracūdus ꝛ verſutus. In
autūno: vt debilitet̄ melācholia cupiditatis et
triſticie. Melancholicus enim eſt naturalr̄ cupi-
dus ꝛ triſtis. In hyeme: vt debilitet̄ phlegma
hebetudinis ꝛ pigritie. Nā phlegmaticus eſt he-
bes ꝛ piger. ¶ Tertia rō ſumit̄ ex parte q̄ttuor
elementorū. Quoniam ver comparat̄ aeri: eſtas igni:
autūnus terre: hyems aque. Ieiunamus ergo
in vere: vt in nobis edomet̄ aer elatiōis et ſup-
bie. In eſtate: vt edomet̄ ignis cupiditatis et
auaricie. In autūno: vt edomet̄ terra frigidita
tis ꝛ ignorātie. In hyeme: vt edomet̄ aqua le-
uitatis ꝛ incōſtātie. ¶ Quarta rō ſumit̄ ex pte
quattuor etatum. Quoniam ver refert̄ ad pueritiā.
Eſtas ad adoleſcentiā. Autūnus ad etatē virilē.
Hyems ad ſenectutē. Igit̄ ieiunamus in vere
vt ſimus pueri p innocētiā. In eſtate vt efficia
mur iuuenes p cōſtantiā. In autūno vt efficia
mur ſenes p prudentiā ꝛ honeſtā vitā. ¶ Vel
potius vt ſatiſfaciamus deo quicq̄d p illas etates
aut p illas cōplexiones in q̄ttuor āni tēporibus
vel in q̄ttuor elemētis eū offendimus. ¶ Quare
aūt in illis potius mēſibus q̄ in alijs ieiunamus
duplex rō aſſignat̄. ¶ Prima rō eſt: vt iudeos
imitemur qui ſquater in anno ieiunabāt. ſ. ante
paſcha: ante penthecoſtē: ante ſcenophegiam. ſ.
fixionē tabernaculi in ſeptēbri: ante encenia. ſ.
dedicationē templi in decēbri. ¶ Secūda rō eſt:
quoniam hec ieiunia fiūt in martio germināte terra



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN